HISTORIA QVALITATUM PARTICULARIUM.

IN inſtituta abs nobis Diſſertatione, *Pyrophile*, ſufficienter, ut ego quidem arbitror, tam de naturâ quàm de origine qualitatum generatim dictum eſt. Reſtat nunc, ut ad Qualitates particulatim conſideratas pergamus, diſpiciamuſque, quouſque modus & ratio, quâ producuntur, aliaque earum phænomena, quorum indagationi occaſio núnc [redacted] dabitur, conſentiant cum doctrinâ illa, quam hactenus propoſui, eamque confirment: & annon ſaltem melius illis cum noſtris, quàm cum Peripateticorum vel Chimicorum opinionibus conveniat.